

# S C A N D I A ,

siue

## R E G I O N E S

### S E P T E M T R I O N A L E S .



CONTINET hæc tabula ferè omnem cogniti orbis tractum Septentrionalem: sed in primis Peninsulam, veteribus sub nominibus Scandia, Scandinavia, Baltia, & Basilia male cognitam: quam & alterum orbem terrarum, propter eius magnitudinem, & Officium vaginamque gentium cognominantur. At de nominibus variis huius peninsulae, lege quæ scribitur ab Islandiæ ætate tria regna: Noruegiam, Sueciam, Gothiam; & partem regni Daniæ, aliisque multas Provincias, vti sunt, Bothnia, Finmarkia, Finlandia, Lapponia, &c. Cuius singulares descriptiones hic ex Iacobo Zieglero apponemus.

NORVEGIA interpretatur Septentrionalis tractus aut viâ. fuit regnum hoc aliquamdiu admodum florens, in periumque tenuit per Daniam & Frisiam, insulæque adiacentes, donec domesticum imperium per hæreditariam successiorem administratum fuit. Postea sub interregno consensu Procera institutum est, vt reges per electionem susciperentur: estque hoc tempore sub potestate Danorum. Hi non legitimos modo reditus, & tolerabilitatem vestigalia impendant, sed omnia commodata contrahentes transferunt in Daniam. Ad hanc difficultatem accedit qualitas portæ metes; præterea à celo, à tellure, à mari nequaquam humilis aut parum felix exillimata. Hæc mittit in reliquam Europam pisces ex genere Allosorum, frigore induratum & excrementum in fustem, unde & cum Germani dicunt *Stockfish*. Capræ eius laudatissima est lanuatio, quando superest figus vt inducitur; & qui elementioribus mensibus capiuntur, marcescunt, neque sunt idonei vt exportentur. Tractus totus littoralis Noruegiæ est mitis, mare non congeliatur; niues non diu durant.

SVEDIA, regnum est diues argenti, æris, plumbi, & ferri, frugum, pecoris, & proventu immenso piscium ex fluminibus, lacubus & mari, venarioribus quoque ferarum. Stockholm in ea est regia & emporium, vrbs munita arte & natura, si a est in paludibus insularum Veneriarum. Inde sortita est nomen, quod sita in aquis, fundamenta sint palis stabilita.

GOTHIA, id est bona terra. Regi Sueciæ patet. In ea est portus & emporium Calmar, vrbs magna; habetque æream, que operis magnitudine cernat cum ære Mediolanensi. Apud Tingvalla oppidum sunt fossiones optimi ferri. Hæc Zieglerus.

DE DANIA, Britannicisq; insulis hic nihil addimus, cum de eis dictum sit in propriis, quas occupant, Tabulis. Est in hac Tabula Islandia insula, miraculis, si que alia, clarissima. Etiam Groelandia, paucis nota. Est hic quoque, Frilandia insula veteribus proorsignota; neque apud Neotericos Geographos aut Hydrographos eius vlla fit mentio, præterquam vnum Nicolaum Zenum Venetum, qui, anno à Christo nato m. ccc. lxxx. variis diuturniq; in hoc Oceano iactatus procellis, tandem naufragus ad hanc insulam appulit. Hic tradit hanc insulam regi Noruegiæ obedire; maioremq; esse Hibernia, cuiusque primarium oppidum eiusdem esse cum insula nominis, incolæque vt plurimum piscationibus rem facere. Caput enim in eius portu tanta omnis generis piscium copia, vt inde multas onerent naues, quibus eos in insulas circumiacentes auhent. Mare hinc insulis ab Occidente proximum, breuius & scopulis plenum, leariis; & insulam in eo locatam, ab incolis nominari scribit. De GROELANDIA item insula dicit, hincem ibi esse nouem mensium, ibidemq; eo tempore minime plere, neque inuentis hiemis niues vnquam ante eius finem dissolui. Sed mirandum quod de monasterio Prædicatorij Ordinis in hac insula D. Thomæ dicato addit: esse nempe non procul ab eo montem, Atiq; insularum igniuomum, ibidemq; igitur aquarum fontem, cuius aquis non solum omnia huius monasterij monachorumq; habitacula hypocaustorum in modum calefaciant, sed etiam omne genus ciborum, etiam panem, alio nullo adhibito igne coquant. Tota huius monasterij fabrica ex rophis constat, quos idè mons inter ebullientes flamas eruat. Hi ardentis rophi reliquuntur; aqua vero in bitumen tenuissimum mutatur, quo postea cum hi rophi in struaturam coniciuntur, cõglutinantur; solidissimumque opus contra omnem temporis mutariam constituunt. Hortos etiam suos hæc aqua irrigat, vario stis capacem: in quem hic fons suas aquas euomens adeo repidum efficit, vt nunquam, est plaga sit frigidissima, congeletur. Inde hic tantus aquatilium pisciumque ex frigidioribus locis concursus, vt non solum hi monachi, sed circumiacentiam accolæ suauiter vnde viuant, habeant. Hæc inter alia de his insulis Zenus, qui Zichimi aliquor in hoc tractu insularum Principis classis præfectus factus, omnes has oras Septentrionales perlatrauit.

Frilandia insula hoc nostro tempore denudè innotescere incipit, idq; Anglorum auspicio, qui eam nouo nomine Angliam Occidentalem vocant. Apud veteres paucæ harum regionum testimonia habes. Ex recentioribus eas descripsit Olaus Magnus Gothus, Episcopus Vyslandiæ, Albertus Crantzius, Saxo Grammaticus, Iacobus Zieglerus, Sigismundus ab Heberstein in suis Mythohisticis Commentariis. Edidit & Nicolaus Wimmerus maris Arctici nauigationem. Vide quoque Antonij & Nicolai Zeni fratrum, insularum sub polo Arctico sitarum Commentariolum, & nauigationem Petri Quijini, ab eo & Christoforo Fiorauante, nec non Nicolao Michaelis, Italicè scripta. Exstat quoque de his partibus Septentrionalibus scriptum Sebastiani Cabati, qui has partes primùm nauigauit, anno nempe 1557. Sed omnino his adhibenda Historia Saxonica nuper à Dauide Chytræo conscripta & edita.